



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Caput Vndecimum. De puella annis sex coecâ, quae lumen recepit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

A nostrum, & Gerardum Comitem fuisse cognatos in secundo gradu, fratris nempe & sororis liberos seu amitinos.

§. Confessarius eius Abbas Campensis.

Fuit hic Arnoldus appellatus, quem Campenses octauum inter Abbates numerant, ex Morimundensi Monasterio accitus, Ioanni primo successit S. ENGELBERTO valdè charus; vt Ioānes Dithmarus in tabella Campensium Abbatum anno millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, à se edita testatur. Idem, eodem auctore, à Gerardo Geldriæ Comite priuilegium quoddam pro suo campo impetrauit. Denique lectus hic Arnoldus in Morimundentem Abbatem anno millesimo ducentesimo trigesimo quinto, Hartleuum nonum apud Campenses Abbatem reliquit successorem, posteaquam Sancti Seruatii Monasterium apud Ultraiectinos, nouum campum apud Schvverinenses, & Viam cæli in Duiferen prope Duilburgum, suo ordini acquisiisset.

Arnoldus
Abbas Cā-
pensis.

Caput Vndecimum.

De puella annis sex cæcâ, quæ lumen recepit.

PVELLA quædam Coloniensis, sexto mense ætatis suæ cœpit malè habere in oculo: deindè lumine profus orbata est. Cumque sextum ageret ætatis annum, mater eius causa, tribus sextis ferijs ieiunauit in pane & aqua, & Missam defunctorum in honorem Beati ENGELBERTI celebrandam curauit: atque ita puella mox per martyris meritum, visum recepit.

Cæca puel-
la videt.

Notatio ad Caput Vndecimum.

MAnuscriptus tradit Puellæ huius matrem in Parœcia Sanctæ Columbæ Virginis & Martyris Colonia fuisse commorata.

D d 3

Caput